

Nec fluidum, latum sed stricte decorum
 Possimus? ingenite fiat nobilitatis in illo
 Pulcher bonos, & digna suis natalibus ora.
 Etiam Sen. Theop. ad. 2.
 Multa sed strepidus solet
 Detegere vultus, magna nolentem quoque
 Consilia prodant.

Uxor.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Uxor Græcè γυνή, & γυναικίος, uxoris dicitur. Uxor
 Heb. Iſſach, Vita, viro tradita ex primaria Dei institu-
 tione, Gen. 2. cap. fortasse à verbo ſachab. Essentiam habu-
 it firmam, fuit in substantia solida, & non perente. Nam
 Eva formata fuit ex costa Adami.

Uxor dicitur mulier postquam contraxit per verba de præ-
 senti, licet nondum consummaverit, & hoc in omnibus fa-
 vorabilibus. Sed in odiosis appellatione uxoris venit solum
 illa, quæ matrimonio consummavit. Is. 1. non sicut, C. de
 Bon. que lib.

Uxor dicitur ab ugendō, quasi unior. Fuit enim veterum
 mos Romanorum, ut novæ nuptæ mariti domum intran-
 tes axungia postes ungerent. Est autem axungia adeps villus
 in veteribus, aut cum sale, aut sincerus, qui quanto vetustior,
 tanto utilior est. Hac autem unctio existimabant omnia
 mala ex domo arceri.

Alii uxorem dictam malum, quod maritos lotos ungerent.
 Ennius.

Tarquinium bona femina laus, & unxit.
 Servius Comment. in 4. Æneid. sic habet: Mos fuerat, ut nu-
 dentes Puella simul cum vincent ad limen mariti, postes
 antequam ingrederentur, ornare laneis vitis, & oleo ungerent,
 & inde uxores quasi unctores appellatæ. Quin Plin. re-
 fectur, hanc unctioem lupino adipe peragi solere, ne quid ma-
 li medicamentis inferretur.

Observat autem Franc. Balduin, in plurimis juris articulis
 iis præsertim, qui sunt favorabiles, uxoris nomine vocari spon-
 sam, & mariti appellatione sponsum. Is. spons. de Jur. dot.

UXORIS ACCEPTIO, SIVE ACQUISITIO
 VETERIUS USURPATA.

Putæ

Per coemptionem.

Non hic de solemnitate nuptiarum agimus, de quibus
 loco magis proprio; uti neque de solenni introductione spon-
 sæ ad domum sponsi: Sed de modo, quo olim uxores accipie-
 bantur, quod fiebat, vel usu ipso, vel coemptione.

Moris certe fuit apud Græcos, Hebræos, & Romanos,
 ut viri dato pretio emerent sibi uxores. Ita Jacob tam dura, &
 longa servitute emit sibi uxorem tam Liam, quam Rachelem.
 Genes. 29. Estque Proverb. apud Belgas, servum septen-
 nalem filiam familias uxorem sibi meruisse, & frequenter apud
 eos contingit, ut mariti vinculo coniungantur.

David coemit Michol centum præputiis Philistinorum. 1.
 Reg. 18. vers. 25. à Saule patre. Unde colliges, pretium pa-
 rentibus ordinari perfolvi consuevisse.

Etiam Osæ fornicariam sibi uxorem emit quindecim ar-
 gentis. Osæ 3. vers. 2.

Saxones olim, & Burgundiones trecentis solidis sibi ux-
 ores coemebant à parentibus. Hinc & illud Poeta. 1. Georgic.
 Teque sibi generum Thetis emat omnibus undis.

Iterum.

Rex tibi conjugium, & quasitas sanguine dotes
 Adnegat. lib. 7. Æneid.

Quin etiam uxores maritos emebant nonnunquam, quo
 spectat illud Sæphoræ postquam filium Eliezer circumcidit
 ad Moysem dicentis, Sponsus sanguinum tu mihi es, q. d.
 nisi ego sanguinem filii mei in circumcissione effudissem, tu
 ab Angelo esses occisus, te igitur mihi denuo sponsum ac-
 quisivi, & coemi. Exod. 4. Meminit huius consuetudinis per
 coemptionem Cic. in Topicis, & pro Murena. Fiebat autem
 certo ritu, nam invicem interrogabant, an cohabitare sibi vel-
 lent; & vir quidem, an mulier illi materfamilias esse vellet;
 qua annuente, illa virum quid simile percontabatur, hu-
 jusmodi verò uxor, quæ coemptione nubebat, in familiam ma-

riti, & in sui hæredis locum veniebat, ut ait Cell. lib. 8. cap. 6.
 nec aliter defuncti hæreditatem adibat, quam solebat unus
 è filiis viri, ut est auctor Dionys. Halicarnass. lib. 2. Antiq.
 Rom. Ex Oſian. tit. 22. fragment.

Legantur plura apud Barnabam Brifsonium de ritu nupt.
 cujus laboribus primùm Ribera in cap. 3. Osæ, ex illo autem
 nos hic usi fuimus. De modo emendi uxores apud Turcas, vi-
 de, quæ diximus in Loco de matrimonio in fine, ubi queritur,
 an uxor dives ducenda?

Apud Indos, jugo bouum sponsa mercari permittitur: ita
 tamen, ut ex fua quisque Tribu uxorem ducat. Alex. ab A-
 lex. lib. 4. cap. 8.

Apud Assyrios virgines jam matura viro, in publicum pro-
 ductæ, singulis annis venales proponebantur, qui uxores du-
 cere vellent, dabanturque primò vnum formosissimæ que-
 que, quibus minis spectata erat forma, & quas non modò
 non quisquam sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem a-
 lioqui ducturus, ea pecunia, quæ fuerat pulcherrimis vendi-
 tis in publicum redacta, connubio locabatur. Herodotus au-
 tem, hunc olim morem in Venetiis Illyrici finitimi serva-
 tum, idque fama se compertum habuisse. Ex Eliani lib. 4.
 Var. hist. Sab. l. 6. En. 2. & Stob. serm. 42.

Apud Babylonios ubi virgines effectæ sunt nobiles, eas
 universas unum in locum conductas, circumfistite virorum
 frequentia, præco sigillatim vendit, sed primùm pulcherrimam
 omnium, secundum hanc (ut quam plurimum vendatur auro)
 aliam evocat, quæ post illam est speciosissima. Venduntur au-
 tem in contubernium: quarum pulcherrimas qualque Baby-
 lonii, qui loquaces, & idem coelibes sunt, mercantur, ut
 quisque licitando alterum superat. At ex plebe, qui sunt celi-
 bes, his non est opus pulchra forma, idcò pecunias, ac tur-
 piores accipiunt virgines. Nam præco ubi virginum speciosis-
 simarum pergit venditionem, exiit de formosissimam, si quis
 illorum mercari volens existit: edicit que quisque velit, quam
 minimo auri sumpto eam in matrimonium habere, illi, qui mi-
 nimo contentus est, femina addicitur. Ita aurum ex speciosis
 virginibus conficitur, & per eadem cuiqueque volenti deforme-
 mes, ac debiles collocantur. Empitori non nisi datis fidei ius-
 sibus, de contubernio uxoris licebat abducere: si de hoc non
 conveniebat, lex lata ut aurum illi reddideret. Qui etiam ex
 alio pago venientibus licebat uxorem mercari, si vellent. He-
 rodorus.

Thracæ mulieres nupturæ non parentum arbitratu, sed
 præmiis nubunt. Virgines enim, quæ forma præcellant, à
 viris pretio exhibitio, & certa subtrata pecuniarum summa
 emebantur, Contra verò deformes, & minus decoræ pretiis
 mercabantur viros, quibus nubent. Alex. ab Alex. l. 1. c. 24.

Veneti (dii enim gens hæc tenuit Aditiæ oram) antè hu-
 manæ Salutis annos veteri instituto servarunt, ut virgines
 jam matura viro publicè matrimonio locarentur: exigebatur
 que pro ius, que eleganti essent forma, grandis pecunia à spon-
 sis, eorum forma ipse emeretur: medioeriter pulchre, gratis mu-
 ptui dabantur: deformibus aspectu, & quas ne gratis quidem
 ducturus esset quisquam, duos ex ea pecunia, quæ ex vema-
 statum locatione coacta fuisset, constabat. Hodiemæ verò
 die Venetiis ejectione virgines publica cura honestè, & scite
 instituuntur, que ubi per ætatem adolevere, si gratis locari
 nequeant, quia minus formosæ, ex publico accipiunt dotem.
 Sæbell. lib. 6. cap. 1.

FROTIO III. Danorum rex, vicis Ruthenis, ne qui ux-
 orem nisi emptam duceret, edixit: venalia siquidem plus sta-
 bilitatis habitura censebat, tutiorem matrimonii fidem existi-
 mans, quod pretio firmaretur. Saxo lib. 5.

RAPTUM.

Spartiani ex Lycurgi instituto uxores ducebant raptu, non
 pusillas, aut impuberes, sed adultas, & maturas. Plur. in Lyc.

MERITUM. UTPUTA

Pugnæ

De Davide, Consule Tit. Procorum.

Sacrum proci cum puella, quam ambiunt, pugnam ineunt.
 Victus, illi parat: victor, illi imperat toto vitæ tempore.
 Aelian. lib. 12. Var. hist.

Servitii.

CADMUS Jovis consilio Harmoniam Veneris, & Martis F.
 in uxorem ambiens, quoniam Martem offenderat, proptet
 occisum draconem fontis sacrum custodem, coactus est an-
 num integrum (quæ octo nostris constabat) servitutum a-
 pud illam servire. Natal. Comes lib. 9. Mytholog. cap. 14. ex
 Eustachio liador. 8

DELECTUM.

Vide Infra. Uxorum delectus.

Occursu fortuito.

Vide ibidem. Delectus nullus.

CONDITIO, ET DIGNITAS.

Uxorum dignitatem, & conditionem Deus in feminæ pri-
 mæva productione significavit, quando ex latere dormientis
 Adæ eam fabricavit. Genes. 2. ut indicaret sociam fore,
 atque à marito summo amore complectendam, archissimoque
 vinculo unendam, unde Deus creando mulierem dicebat, fa-
 ciamus ei adiutorium simile sibi. Est enim mulier in natura,
 statura, loquela similis viro. Porro est illi in adiutorium ad
 prolis propagationem, & educationem, ad familiæ guberna-
 tionem, ad curarum, & dolorum levamen, denique ad
 communia onera familiæ sustinendam.

Hinc etiam apud Ethnicos divini, ac humani juris societas
 uxoriibus communicata. Estque lex Romuli, quæ statuit, ux-
 orem legitime conjunctam viro, fortunam omnium, & fa-
 ctorum illi sociam esse, hinc Modestinus l. 1. de ritu nupt. tra-
 dit nuptias esse consortium omnis vite. Et in quodam Gor-
 diani Imperatoris scripto uxor dicitur focia rei humanæ, ac-
 que divini domus. Et Paulus l. 1. de ab. rer. amo. scribit, Ner-
 vam, & Cassium ob hanc conjunctionem existimasse, fieri
 uxorem quæ dominam rerum mariti, verba legis Romulæ,
 estque ordinæ XIII. lunt, Mulier vero legitime conjuncta,
 fortunarum, & factorum socia illi esto. Utque domus ille
 dominus, ita hæc domina.

Celebratur vetus dictum Theognis, quæ uxor fuit Regis
 Agathoclis, nubendo non prosperæ tantum, sed & adver-
 sæ fortunæ iniuste sociatam.

Memorable veterum Germanorum institutum erat uxori
 ducebæ bonos junctos, equum frænatum, & scutum cum fra-
 me, gladioque mittere dotis nomine, ut uxor ait Tacitus, se
 venire laborum, periculumque sociam huius matrimonii aus-
 picis moneretur, idem in pace, idem in bello aufuram, passu-
 ranque. Refert Pterius hieroglyph. l. 3. c. 22.

Et quamvis in regimine familiæ Uxor marito sit inferior,
 in iure tamen, & debito conjugali exigendo, & reddendo
 par illi est, & æquale cum eo jus mutui corporis habet, idque
 ex vi contractus matrimonialis, in quo alter alteri tradidit a-
 qualiter potestatem corporis sui, ut clarè docetur cap. 7. Epist.
 1. ad Corinth. Ad quem Chrysost. hom. 19. Cum ergo, inquit, me-
 rereduxit tantandum accesserit, dicas non esse tuum corpus,
 sed uxoris, &c.

PROBÆ UXORIS
 OFFICIA, ET MORES.

Vide multa in Loco de Matrimonio.

Instruit Apostolus Titum, quid senes, quid anus, quid
 adolescentulas, per quas intelligit eas, quæ non ita diu conju-
 gatæ, ac proinde magis debet obtinere in aliis; docere debe-
 at. Et quidem de his dicit, instruentes esse, ut viros suos a-
 ment, filios suos diligant, sint prudentes, castæ, sobriæ, do-
 mum curam habentes, id est, non affectæ vagari extrâ fami-
 liam absque necessitate, subditæ viris suis: non imperent, sed
 pareant. Epist. ad Tit. cap. 2.

De nobili Matrona memoratur, quod Theano percontanti
 qua ratione celebris esset evasura? respondit: contemns telam,
 & meum curans conjugium: Sensit mulier illustris tum de-
 mum claram se fore, si maritum amaret, prolem educaret, &
 rem domesticam curaret.

Lacina illa captiva, cum interrogaretur, quid sciret? re-
 spondit: probè gerere domum, ut refert. Plur. in Lacon.
 Idem Plur. in præceptis connub. docet, Mulieres non debere
 imitari Lunam, quæ quò à sole remotior, eò & clarior est:
 quò vicinior, eò obscurior, & minor: contrarium enim fa-
 cere debere sapientem mulierem, scilicet ut præfente viro tan-
 tum se confici patiatur, eo verò absente domi se contineat, &
 abscondat.

Existimare debet mulier benè composita, mores viri esse le-
 gem vitæ suæ, impostam sibi à Deo per conjunctionem ma-
 trimonii. Qui hæc ergo negligit Deos ipsos videtur negligere,
 quibus præsentibus sacra fecit, & matrimonium inivit.
 Arist. l. 1. econom. c. 1. & 2.

Livia Augusti Caesaris uxor interrogata, quibus rationibus
 Augustum sibi subiecit? Respondit multa modestia, &
 quod ea, quæ placerent Augusto, faceret libenter: quodque
 se scire diffimularet, quibus ille amoribus domi frueretur.
 Dioid. in Tiberio.

Chilonis dicitur, uxorem humilem modico apparatu
 ducendam; ne pro conjugæ dominam accesseris domum. Sat
 enim dotata venit puella, quæ pudicitiam, & honestos mores
 secum adfert. Proinde hoc erat unum ex Laconicis institutis,
 ut virgines sine dote nuptum irent. Idem l. 1. c. 4.

LYCURGUS, cuidam percontanti, quam ob causam lege ca-
 visset, ut sine dote virgines elocarentur? Ut, inquit, neque
 propter inopiam ille relinqueretur in nupta, neque ob diviti-
 as exuperetur: sed ut juvenum quisque ad puellâ mores
 respiciens, ex virtute faceret electionem. Eadem de causa fu-
 cos, & ornamenta, quibus alia formam vel fingere vel com-
 mendare solent, ex urbe submovit. Plur.

SOCRATES dicere solebat, viros oportere civitatis parere le-
 gibus uxores vero maritorum, quibus cum vivunt moribus.
 Norma enim conjugis viri est. Aequitas igitur docet, ut viris
 tanquam capiti uxores obtemperent. Eras. l. 3. Apoph.

ANAXIMENES, cum his mulieribus habendam consuetudi-
 nem dixit, quæ beneficii beneficio pensent, & xepu uxoris,
 id est, quæ gratiam habentur sint. Sentiens, abstinentiam ab
 his, quæ pretio vendunt inhonestam voluptatem, nec pa-
 tiuntur, nec amant mutuum: aut à valetudinariis, deformibus,
 ac malè moratis, quæ gignunt fetus penitentibus. Laertius
 lib. 6. capite 1.

Theano Rogata, quando mulier esset munda à viro? re-
 spondit: A suo semper, alieno nunquam. Idem lib. 8.

Phocionis Uxor, in compluribus seminarum cetero interro-
 gata, cur sola ex omnibus aureo non fœderum ornata? Satis,
 inquit, uxori magnus ornatus viri fuit virtus est. Anton. in
 Meliss. part. serm. 33.

Parentes Saræ uxoris Junioris Tobæ, dimittentes filiam
 suam, eam monuerunt honorare foceros, diligere maritum,
 regere familiam, gubernare domum, & seipsum exhibere in-
 reprehensibilem. Tobæ cap. 10.

D. Greg. Nazianz. Carm. 56. ad Olympiadem, cum instruit,
 quomodo se erga maritum gerere debeat, eam cum loco ha-
 bere, cujus isthæc appositimus.

Primò Dei munus, posthæc venerare maritum,
 Vitæ oculum, & tua qui sapiens consulta gubernat. C.
 Hunc & semper ames unum, lateris & uno:
 Idque magis, flammam si senseris illius in te
 Ardentes, stabiliisque tui conserves amorem.
 Ne tibi sit, quantum cupit hic fiducia tanta,
 Sed quantum decet, ac fas est; tamque omnia tandem
 Tædia ferre solens animus, non expedit autem
 Conjugi ut saturum capiat solidia pectus.

In molem, mulier cum sis, ne assurge virilem.
 Ne genus, & proavos memora: ne pulcher amicus
 Sit tibi, vel vani sapientia causa tumoris
 Legibus est thalami sapientia cedere magna.
 Cuncta etenim nexu communia reddidit utrique
 Conjugii. Tu cede viro, cum bile moverit.
 Atque laboranti fer opem, mollique loquela,
 Admoisque probò merentia pectora fidei.
 Cum lea sæva furit, rabidæque excessuat ira,
 Robore corporeo domitor non comprimit illam,
 Sed manibus nucleos domat hanc, & vice suavi.
 Ne damnum improperes quamvis irata marito.
 (Plures enim ille tibi est, quæ comoda cuncta putandus) H
 Nec finem adversum votis (namque baud decet istud.
 Sæpe fit ut non sit prædentibus exitus idem
 Consilii, verum malè vertant optima cæpta.)
 Nec teneras vires, nam magnum robur in ense.
 Namque alias etiam fit oportet femina simplex.
 Virgine etiam, sed plus mulier, majoribus ipsa
 Debet in hanc ætatem studii incumbere laudem.
 Sinit tibi lætitiæque omnes, & virgine dolores,
 Sinit tibi communes charo cum conjugæ cura.
 Nam domus his veluti gradibus se tollit in altum.
 Dic quoque, quid placeat, sed sit sententia viri
 Conjugis: hanc contra nimium contendere noli.
 Cum jacet in luctu, paululum quoque contrahes frontem,
 Ac seriam luctus te da; nam major amici
 Afflicto esse solet dulcis medicina doloris.
 Præterius at vultum sumens cum mente serenum,
 Mordaces animi curas, luctusque revele:

A Nam multo est uxor statio benefida marito. Pro studio, arguto tibi si cum pectine tela, Divinique tuam teneat meditatio mentem. Eloqui: confus externa negotia curat. Limine, Nata, pedem nisi raro offere cavere. Nec tu publica festa, inhonestos nec pete catus, Namque verecundis etiam de fronte ruborem. Hac admunt, oculisque prociacia lumina jungunt, Extincto porro subeunt mala cuncta pudore. Ad funchos autem juboo te tendere catus, (Dum prudens matrona tibi se jungat eunti) Egregium medio sermonem ut pedore condas, Quo tua vel virtus crescat, vel noxa necetur. Orbs tibi sint aedes, tibi sint vividaria leta. Non cerni, excipio charos, castosque propinquos, Atque sacerdotem, & senium juvenalibus annis Utilius multo, ac melius. Quin, nata, monebo, Hoc quoque, femine ut vites consortia sexus, Si qua sit extensa cervicis, atque oro prociaci, &c.

* UXORES MOROSAE, ET IMPROBAE.

B Tales dicimus, quae alienae sunt a moribus, & indole superioris titulo asserata, & cum sacrae, tum profanae paginae auctoritate firmata. Satis morosam, & imperiosam uxorem patientissimi Job fuisse constat, quod mariti afflictionibus hanc adderet, ut ei fandiorem, vitaeque innocentiam probi voce obiceret: atque ob id ea infortunata evenisset, cum potius illius dolor lenitate, & obsequio mitigandus fuisset, exprobraret. Inter veteres Ethnicos unus Socrates celebratur, quod Xantippen habuerit, morositatis, & improbitatis omnis verum portentum. De qua scriptis commendata comperimus, quae sequuntur.

C SOCRATES cum Euthydemum ad cenam vocasset, in medio convivii Xantippe irata furere, & post multa in Socrate jactata convicia mensam subvertit. Verum cum Euthydemus ob id valde turbaretur: Cur, inquit Socrates, ita te habes? Nonne nuper cum tecum cenarem, gallina subvolans mensam, pocula, & alia evertit? Irrita ita morosae uxoris indignum facinus, ut interim hospitem sibi placaret iratum, & tolerantiae exemplum de se praeberet. Laert. lib. 2. c. 5.

Idem percontanti cur Xantippen moribus adeo incompositis feminam haberet domi, dicebat: Sic habendam contumacitatem cum morosis uxoribus, quemadmodum qui se ad studium equestre exercent, parant equos ingenii ferocioris, quos si subegerint, ac perpeti possint, caeteris utuntur commodius. Ita qui morosae conjugis mores ferre didicerit, multo facilius cum quibuslibet habebit consuetudinem. Ibidem.

Cum Alcibiades magnam, & pulcherrimam confectam plantentam, magni amoris testimonium, Socrati misisset: Xantippe suo more irata, eam de canistro dejectam, impuris conculcavit pedibus. His Socrates cum arrisset, inquit, Nunquid tu simul carebis ea? Quod si quis putat haec puerilia esse, & bonis viris probatiorem fieri, si morosis uxoribus ea ratione convineant. *Elia. lib. 11. Var. hist.*

Idem, Alcibiadi demitanti, quod Xantippen morosam adeo diligeret: Ego, inquit, jam pridem his affuevi, ut non magis offendar, quam si rotae, quae aquam educit, puteo, stridorem audiam. *Laert.*

Eidem simile quiddam dicenti: At tu, inquit Socrates, D nondomitus gallinas toleras glorientes: Tolerato, inquit Alcibiades, sed ova mihi pariunt, & pullos. Et mihi, ait Socrates, mea Xantippe parit liberos. *Idem.*

Idem demitanti cuidam, in quem usum duas aleret uxores tam rixosas: Nae, inquit, me domi docent tolerantiam, qua mihi in publico utendum est. Harum enim moribus exercitata commodior erod ad aliorum consuetudinem. *Gellius 1. 2. cap. 7.*

De eadem Xantippe *Vide plura in loco de Uxoribus.* DIOGENES cum aliquando vidisset mulieres ex oliva pendere laqueo perlocatas: Utinam, inquit, & caeterae arbores similes ferrent fructum. Erat enim Diogenes *purpuratus*, id est, mulierum osor, eoque cupiebat omnes videre peniles. *Laert. lib. 6.*

Philosophus quidam, cum uxorem haberet improbam, & garrulam, & ebriosam, percontantibus cur talem ferret? Ur domi, inquit, habeam Philosophiae gymnasium, & Palastram. Ero enim erga caeteros lenior, hac quotidie institutus.

Sunt etiam, qui ipsum ob hanc causam illam duxisse dicant. *Anton. in Melliss. part. 2. serm. 84.*

M. CATO, oburgans aliquando summam uxorum impotentiam. Omnes, inquit, homines uxores dominantur, nos omnibus hominibus: nobis autem uxores, hoc modo colligens mulieres esse rerum omnium dominas, *Plut. in Rom. A. pop. Alex. ab Alex. lib. 10. c. 8. Cat. Rhod. 1. 4. c. 14.*

Idem, admodum senex, Salomonis filiam male morigeram amans, cum uxorem duxisset, rogatus in campo Martio a L. Portio Nasica, num ex sui animi sententia uxorem haberet? Non hercule, inquit Cato, & ex mei animi sententia. Scominam autem Nasicae in amore Catonis fuit. Catonis autem responsum de moribus puellae datum erat. *Brut. 1. 7. c. 12.*

* DE UXORUM MOROSITATE Apophthegmata.

CHRISTIANORUM.

ALFONSUS cum maxime insanire dicebat, qui uxorem a se digressam, fugitivamque perquiret. Significans magnae felicitatis esse, ad improba, & morosa uxore liberari. *Panorm. lib. 4. de reb. gest. Alfonsi.*

Idem cum aliquando Ludovicum Podium Pintium, in veste lugubri, fronte subtristem inueneret, & quid sibi vellet luctus ille, sciscitaretur: ac Podius ob uxorem mortuam mestum se esse respondisset: ait Alfonsus latum potius, atque hilarem esse eum conuenire, ob illius mortem. Nam si cognita mortua fuisset, tum & fratrem a mortuis suscitatum esse. Erat autem uxor illa intractabilis, difficilis, & vito, dum vixit, admodum molesta, ac mariti prope mors quaedam. *Idem lib. 3. Greg. Haimburgensis*, scientia juris, & facundia inter omnes Germanos facile princeps, cum domum ex curia Caesaris, in qua diu fuerat versatus, revertisset, atque non longe ab oppido Nurembergensi amicum offendisset, qui uxorem tuam vivere, & bene valere diceret: Si vivit uxor, inquit, ego sane obii. Invenit autem morosam uxorem mariti mortem esse. *Idem ibid.*

TRAPONIUS Jurisconsultus, & Alfonsi Aragonum regis Consiliarius, cum olim trecentos aureos Alfonso, quod supererata dotis, furto surreptos perdidisset, ac propter animo angeretur, & esset sibi uxor, & illa quidem admodum morosa, regem Alfonso dixisse ferunt: Longe illi melius fore, si uxorem, quam pecuniam fures abstulissent. *Panorm. 1. 1. de reb. gest. Alfonsi.*

Sed claudo hoc totum de morosis uxoribus, uno, eoque jocososo exemplo. Divertet ad hospitium quidam, uxoribus improbitatem moleste ferens, vixque ingressus, audit hospitum ditius vociferantem, & nunc cum marito, nunc cum ancillis, rixas, & jurgia miscentem: impatiens ille, affurgit, & recessum parat. Cui Hospes: Ecce, inquit, amice, isthaec impatiencia tua est; Duos, & triginta annos hujus clamores dies, noctesque aequissime fero: tunc unius diei sextantem eos ferre potes? Si ritu excepta responso fuit, nemo quatrat, cufuso maxime. Ecce hominem paratum, quietis, pacisque causa, quavis etiam inepissima ab uxore perpeti. Penes monet *Comicus.*

Proba uxor, d' Nicofrata, marito suo Non debet esse superior, sed obsequens. Nam grave malum uxor est superans virum suum. Ex Adrian. Barland. Beyerlinck in Apoph. Christian.

Quae uxores maritos converterint, vel pervertent. Quere in loco de Matrimonio, Tit. Uxores probae, & improbae.

UXORES MARITIS COMMUNICANT FRUCTUM SUUM Improbitatis.

Huc Uxores improbae referenda veniunt, quatenus Maritis sunt oneri, & dedecori, Proinde ex Tit. Perfidia uxorum erga maritos, non pauca corrigari possunt exempla.

Impudicitiae. Consule Tit. Adulterarum, item Repudiarum.

EURIPIDES duas uxores habuit. Priorem Chorem (sive Chorem), Suidas iste) filiam Mnesarchi, ex qua tres sustulit filios: Mneselochum histrionem, Mnesarchidem mercatorem, & Euripidem, qui circa solum orationem scribandam versatus est. Ea autem adulteri nomine repudiata, postero duxit Melito: quam itidem reliquit, cum eam cum histrione Cresphonte in adulterio reprehendisset, eamque ob rem publice

blicè in theatro a Comice incefferetur, & in Macedoniam ad A. regem Archelam abiit. *Gellius lib. 15. c. 10. No. At. Athen. lib. 13. Suidas.*

CLEONYMUS Spartanum ex stirpe regia, quod animum praese ferret violentum, & imperiosum, non ferebat in oculis civis, neque fidem ei habebat: verum regnum obtinebat Aereus frater natu minor. Jam uxorem formosam, & familiae regiae Chelidonidem, Leontychidis filiam, Cleonymus duxerat: quae Acrotati amore, Aeci filii, deperiens, adolescentis venustissimi acerbas amanti marito iuxtaque infames praeiuit nuptias. Neque enim civem latebat illum, ab uxore eum fastidiri. Ita cum ad publicam domestica accessisset aegritudo, ira, & animi dolore consultoribus, Pyrrhum regem Epirotarum Spartam attraxit. Pyrrho urbem oppugnante, Acrotarum & senex, & mulierum caetera praecleara certantem contemplati sunt. Cum jam media urbe stationem suam repeteret eruentus, & exultans, clarisque victoria, celsior, ac pulchrior esset Lacenis visus, Chelidonidemque, quod talem haberet amatorem, predicaverunt beatam. Praeterea grex senum secutus conclamavit: Perge Acrotate, & complectere Chelidonidem, tantum bonos spatia proceca. *Plut. in Pyrrho.*

B In Grammaticum, & cur uxore impudica erat, sic *Lucil. in 2. Epigram.*

Qua tradit is pateros naxa, & murensis videt hanc probris suis datus pateras.

CN. POMPEIUS confecto bello Piratico, & Mithridatico, sperabat omnium mortalium fel in Italiam splendidissimum reditum, desiderabatque videri domesticis desiderantibus. At Deus, cui curae est fortuna splendidi, & magnificentiae semper aliquam admiscere mali portionem, hoc clam domi jam pridem struxerat, parans ei tristiforem regressum. Mutia enim, eo absente, gesserat se libidinosam. Quandiu procul Pompejus fuit, contempserat sermonem: ubi appropinquavit Italiae, ac vacua mente scilicet delata versavit, nuntium ei remisit. Quamobrem autem repudiaverit eam, neque tunc scripsit, neque postea verbo prodidit. *Plut. in Pompeio.*

L. LUCULLUS repudiata Clodia lasciva, & improba muliere, quae cum Appio Clodio fratre incestum habebat consuetudinem, Serviliam duxit. Catonis foretorem, quae item nuptiae parum fausta fuere. Una enim carebat sola Clodia macularum infamia ex fratribus: caetera pariter flagitiosam, & impudicam ut ferret, Catonis reverentia, vim intulit sibi. Postremo tolerare eam non valuit. *Plut. in Lucull.*

CAESAR TIBERIUS in matrimonio Juliam habuit Augusti filiam probris oppletam, & manifestis adulteriis infamem. Hanc cum nec maritali severitate castigare, ac colubere, nec domo eicere audeat, tanti patris filiam, nec ad patrem contemptam adulteram deserere, incertus quo animo ille eam generis labem acciperet: retinere autem, & cum ea intra eosdem penates vivere, gravissimum censetur: coactus est specie quadam otii Rhodum secedere, ac ibi vitam agere, primum ingnominae expositam, deinde etiam periculo: cum & exul appellaretur, & non deesset, qui in gratiam Caii Caesaris privigni mortem illi minarentur. *Ludov. Proes de offic. mariti ex Sueton.*

M. ANTONIUS Philosopherus habuit uxorem Anniam Faustinam, filiam Pii, sic antientem Adriano, ut Marcus Pio gener esset, ut quandoque ad eum imperium perveniret. Obsticium enim puerilis aetas, ne ab eo successer designaretur. Ex hac dicitur filium reliquisset Commodum: prolixus felix, si hunc filium non generasset. Quamquam multi sint, qui Commodum ex adulterio genitum, non ex Marco, scribunt, ut latissime **D** Capitolinus explicat, qui de nefandis amoribus Faustinae erga gladiatorem, pulchram fabulam narrat. Sed tranquillitas, ac boni principis pietas efficit, ne eam repudiaret, licet eam inter adulteros nonnunquam praeudentem deprehendisset: quos inde ad varios honores promovit.

In Candidum, *Martialis Epigram. lib. 2. Pradia solus habes, & solus Candidae nummos: Area solus habes, myrrina solus habes. Massica solus habes, & opimi caecuba solus: Et cor solus habes, solus & ingenium. Omnia solus habes, hoc me puto velle negare: Uxorem sed habes, Candide, cum populo.*

In Proculium, *Martialis Epigram. 16. Quod nubis, Proculina, Concubino, Et maebum modo, nunc facis maritum, Ne lex Julia te notare possit: Non nubis, Proculina, sed fateris. Ad Milonem, Martialis Epigram. lib. 12.*

Tbura, piper vestes, argentum, pallia, gemmas, Vendere Milo soles, cum quibus emptor abit. Conjugis utilior merx est, quae vendita sepe Pendente nunquam deserit, aut meruit.

CAJETANUS quidam navicularius ex peregrinatione quinquenniali reverfus, cum domum omnem lauta, probaque instructam suppellectile vidisset: & uxorem, haec omnia Dei benignitate sibi contigisse, audivisset, facile accipiebat. At ubi filiolum quoque in cunis vagientem animadvertit: Det Deus alius, inquit, quantum cupiunt, mihi haec satis superque sunt. *Poggius in Facetis.*

Prodigalitati.

POLYGNOTUS p'ior Ocnum Delphis pinxit, textentem è juncis restim. Adest a stella, totum id, quod ille jam texerat, pertinaciter abrodens. Hunc Ocnum ajunt gravam, & indultrium hominem fuisse, quod uxorem sumptuosam, & prodigam habuerit, quae quicquid ille opere faciendo pro summo labore quantasset, & complectere solita esset. Eam rem credunt, per ambages voluisse Polygnotum significare. **J**ones quoties hominem viderint, ad laborem quidem vehementer propensum, sed cuius nulli emolumento labor sit. Vir ille, inquit, Oeni funiculum torquet. *Paul. in Phocis.*

TURGILLUS CANUTUS, Svecitici regni gubernator, impubere adhuc existente Birgero rege, praeclearè regnum administravit. At postquam uxorem sumptuosam è Saxonia duxisset, ut pecunias quibusvis artibus congereret, tributi Ecclesiae imponendi auctor regi fuit. Sed non multo post a rege securi percussus, sepultura caruit. *Jo. Magnus lib. 20.*

Superbia, Morositatis, Acerbitatis.

Vide Titulum, Conjuges moribus dispares.

VARUS Geminus, inter declamatores Augusti temporibus nequaquam postremus, probe dixisse fertur: Qui non litigat, celebs est. Cui quidem ad stipulatum illud, quod in sacris scribitur libris: Melius est habitare in loco deserto, quam cum uxore litigiosa. Eius ductum ex Hieronymo citatur apud *Volater. lib. 20. Anthrop.*

Equidem arbitror, reliquam fuisse solam uxorem Job, ut tristitiam viti plus urgeret, & maledica sua rabe pondus adderet tot modis pressio. O execrabilis, & impatiensissima mulier! sanditatem vitae, marito tanquam crimen obiciis? Hoc ne diaboli quidem facere audeant. Evertit diabolus fortunam omnes Job, familiam occisione perdidit, filios absumpsit, ipsum ulcibus, & fame induit, nunquam opprobavit, quod in pristina animi simplicitate permaneret. Approbavit mulier, ut ostenderet, diabolo se esse confidenciosem. *Lud. Vi. ves de Christi. sem. lib. 2.*

PITTACUS Mityleneus, cum in uxorem duxisset forem Draconis, filii Penthill, superbam, & rixosam: monuit postea amicum, duceret sibi parcm. *Vide Tit. Prudens consilium in uxoria ex Laert.*

SUSARION comicus morosam habuit uxorem. Idcirco theatrum ingressus in Dionysiorum celebritate, haec quatuor catrina cecinit:

Audite populus, Susarion haec dicit, Filius Philini Megarenis Tripodiscius. Malum sunt mulieres. Sed tamen, d' populare, Non est domum invenire sine malo.

Cum Georgias Leontinus sophista recitaret in Olympiis ludis apud Graecos orationem de Concordia, Melanthus quidam: Hic, inquit, de concordia totius Graeciae differit, qui sibi, uxori, & ancillae, tribus duntaxat, ut concorditer vivant, nondum persuasit. *Erasm. 6. Apoph.*

SOCRATES Xantippen imperiosissimam patientissimè tulit. Dicere solebat, tria fel mala asecutum: Grammaticam, paupertatem, & perniciosam uxorem Xantippen: quorum duo nam effugisset, perniciosam uxorem effugere non potuisset. *Antonius Melliss. part. 2. serm. 24.*

SEMPRONIA, Tib. Gracchi filia, Scipionis Emilianii (cujus summa dignitas, magnaque res gestae fuere, qui ob Carthaginensium, & Numantiam funditus everfas, minor Africanus, & Numantinus cognominatus est) conjugium sortita fuit: cum qua non modica simulata, & penè diffidit, quod eam ob morum pravitatem exosam haberet, aliquandiu vixit: venieque in suspicionem ipsius necis, quae fuit auctore incerto, non minimam causam praebuisse. Illud plane consistit, post Emilianiam necem,

necem, homines de Semproniam uxore, quoquo modo merita
 A nec minus de Cornelia fecerit, tanquam cum veneno interce-
 perint, propalam locutos fuisse. *Alex. l. 1. c. 18.*
 SYNTAX Numidarum rex, cum P. Scipionis familiaritate de-
 linuit jam propè Rom. amicus factus esset, Sophonisba Haf-
 drubalis F. in uxorem ducta, se simul, & regnum perdidit.
 Carthaginensium enim partes secutus, à Scipione victus est, &
 captus. A quo rogatus, quid fecerit, Carthaginensium amicitiam
 Romanæ prætulisset? Peccavi, inquit, atque profusus
 insanivi, cum adversus Pop. Romanum arma indui: sed tum
 ille mei furoris exitus fuit, non principium. Tunc furialis, in-
 quit, pestis domum meam invasit, cum Sophonisbam mihi
 matrimonio devinxi. Illarum nuptiarum facibus domus mea
 conflagravit, illa omnibus delinquentis animi recenti amo-
 re captum à Romana societate alienavit, nec prius egregia
 conjux ab incepto desistit, quam funesta arma induit. Verum
 in hac calamitate, & fortuna unum duntaxat solatium
 invenio, quod inimico capiti cum matrimonio conjunctam
 audio: satis felice fore, ut non multo post illius impulsu, Mas-
 sinia non magis feliciter, quam ego nuper, Rom. nominis fiat
 hostis. Eam namque, Cyrrha regia capta, ut Rom. furori
 B subtraheret, eodem die deponderat sibi Massinilla. Injecit
 tam audax Massinilla facinus Scipionis non parvam sollicitudi-
 nem, nec tuto, nec probabili exemplo id factum arbitrari
 quod Carthaginensem feminam, Barchini sanguinis, impe-
 ratoris hostium filiam, jure belli captam, sibi matrimonio
 junxisset. Massinilla Scipionis reprehensione confusus animo,
 ministrum cum veneni poculo ad Sophonisbam misit, justit-
 que nunciari, Massinillam præstare illi fidem, cum possit,
 quando, cum velit, nequeat, ipsa patria memor familie, Haf-
 drubalis patris, duorumque regum, quorum conjux fuisset, sibi
 consulat. Accipio, inquit, illa, nuptiale minus, neque
 ingratum, sit nihil majus vir uxori præstare potuit. Sed me-
 lius moritura fui, si non nupsissem in funere. Ac tantum lo-
 cuta, poculum intrepidè hausit. *Sabell. l. 5. E. n. 5. ex Livio.*
 Infaustum Grammatici conjugium, elegante parodia, *E-*
neidos Virgilianæ principio, quæ Grammaticorum manibus
 assidue teritur, hunc in modum accommodavit *Asionius*.
 Arma virumque docens, atque arma virumque peritus
 Non duci uxorem, sed magis arma, domum.
 Namque dies totos, itaque ex ordine noctes,
 Litibus appugnat meque, meumque larem.
 C Atque ut perpetuis dotata à Marte duellis,
 Arma in me tollit, nec datur ulli quies,
 Jamque repugnantem dedam me, ut denique vidum
 Furget ob hoc solium, surgia quod fugiam.
 ADRIANUS Imperator habuit uxorem Sabinam, quam ut
 asperam, & morosam dimissurum se dicebat, si privatus fuisset:
 & quod apud eam familiaris egerant, quam reverentia
 domus aulica postulabat, Septimius Clarus præfectus pratorii,
 & Suetonius Tranquillus epistoliarum magister, eis successores
 dedit. Præterea etiam, non sine fabula veneni dati ab A-
 driano, defuncta est: Nam propè servilibus injuriis affecta, ad
 voluntariam mortem compulsa est. Hæc palam jactabat se,
 quod immane viri ingenium diu pertulisset, elaborasse, ne ex
 eo humani generis perniciem gravidaretur. *Suet.*
 Habuit Arcadius Imper. ignavus uxorem Eudoxiam, arro-
 ganter, avaram, improbam, audacem feminam: quæ tri-
 bus annis ante viri obitum morbo soluta est. *Culpin.*
 CAROLUS Calvus Imperator Hermingardam, Ludovici Au-
 gusti filiam, apud suæ factionis homines educatam, quam pater
 Basilio Græco Imperatori deponderat: Bofoni duci Pa-
 D piens in matrimonium collocavit. Hermingarda vero, quod
 Casaris sponsa fuisset, ac patre, avo, proavo, atavo Au-
 gusti prognata, tumens, ac elata, virum ducem majori cupi-
 ditate implevit, negans jucundam sibi vitam fore, nisi vi-
 rum regem amplecteretur. Itaque eò impulsit Carolum Impera-
 torem, ut qui jam Duces creasset, crearet & Reges, qui-
 bus jura diceret, Bofonem proinde regem provincie procla-
 mavit: arbitratus ita facilis & sanctiori jure, & minori ho-
 minum invidia Provinciam ad Francorum imperium reditu-
 ram. *Idem.*
 Erant Olavo regi Danorum duo eximie spei filii, Frotho
 videlicet, qui VVildam Svevia regis Sivaridi filiam, & Haraldum,
 qui Sigenem Caroli Gothorum, regum inter se inimicissi-
 morum filias, duxerunt. Hæc patrum inimicitiarum fomites
 stixit, & contentionibus suis eò usque aluere, ut Frotho fra-
 trem suum Haraldum, probitate, ac disciplina militari conspi-
 cium, struendis occultè indidit trucidari. Filios ejus Haraldum,
 & Haldanum Carolus mater suus servavit. Natu-

major Haldanus, cum post multos, & varios casus adolescit-
 set, Frothonem occidit, Daniam occupavit: deinde in Sueco-
 nes arma convertens, regemque eorum Sivaridum ob ma-
 ducatum filiam occidit. *Joan. Magni l. 5. c. 17.*
 BEATRIX Ludovici sfortis uxor, Hercules Attefini filia, fa-
 stu, atque luxuria ingenti mulier, plerumque gravibus
 consiliis se se arroganti, quam mulierem deceret, immisce-
 re, demandare præturas, & capitalium, civiliumque rerum
 judicibus planè demerita confecerat, ut Ludovicus, qui
 jam tum blanditis ejus delinuit, uxoris habebatur, impor-
 tunè mulieris libidini nonnunquam obtemperare cogere-
 tur: præsertim, quod ei filium, cui postea Maximiliano nomen
 fuit, paulo ante pepererat. Unde cum magna ludorum cele-
 britate puerperæ, atque infanti, principalia ornamenta col-
 lata essent, manavit in vulgo fama, Ludovicum, Papæ ur-
 bis principatum ut inde more majorum puer veluti e proximo
 gradu ad imperium eveheretur, infanti filio destinasse. Ea res
 Joannis Galacii, & præsertim Isabelle uxoris animos magno-
 perè exulceravit. Ipsa quod & patrem Alfonso, & animum
 haberet Ferdinandum Neapolitanorum regem, & jam Franciscum
 cum avite indolis puerum in spem sibi debiti imperii primo
 partu peperisset, majores, quam mulieribus animus ferret, ad F
 vindicandam contumeliam spiritus gerebat, coque gravius, ac
 infestius: quod Ludovici opera per sagas ipso nuptiarum die,
 magicis carminibus, & veneficiis, quibus fecunditatem im-
 pediret, se pariter, & conjugem petros esse persequi habebat:
 & tum cuncta patri consilia eò serri manifestè persequere-
 tur, unde ipsi circumventi omnibus dolis, atque artibus e
 medio tollerentur. Itaque Isabella impotenti dolore acta,
 patrem, avumque licetis ad ulciscendam hanc injuriam incitare
 non cessavit. Ludovicus cum sentiam arma, & classes adver-
 sum se parari Neapoli cognovisset: bellicosam, atque infensam
 Italico nomini Gallorum gentem in Italiam evocandum
 existimavit: quod consilium tam diu postea, ac suis exitiale,
 quam toti Italie calamitosum fuit. *Joan. lib. 1. b. 1.*
 ALPHONSUS Neapolitanorum rex, cum percontaretur An-
 tonium Panormitanum, quoniam Neapoli nobiles esset viri
 vendandi studiosi, an item Scriptores de natura canum aliquid
 prodidissent? Respondit Panormita: Tu vero, d rex, Equi-
 tem hunc (aderant enim) interroga: quippe, qui annos su-
 pra quadraginta cum hoc genere animalium sit ita conversatus,
 ut noctes quoque ipsas cum canicula cubitaverit (mulierem
 omnium clamosissimam pariter, & rabiosissimam infansum) G
 hic tibi & canum naturas describit, & illorum insitendo-
 rum artes tradere potest. Erat autem is Eques Neapolitanus.
 Pontanus.
 GREGORIUS Haimburgensis: scientia, & facundia inter
 Germanos facile princeps, quid de morosa uxore sentiret.
 Vide supra Tit. Uxoribus morose, & c. 5. 1. Christianorum
 Impietatis.
 Achab Samaritarum rex, Jezabelem Jonab Tyrriorum regis fi-
 liam duxit uxorem: ejus suavis eò infamia proceffit, ut super
 vitulorum cultum, quem à majoribus acceperat, alienos et-
 iam Deos complexus, passus sit intra sui regni fines lucos il-
 lis, & aras cum Sacerdotibus constitui, & in his Baal tem-
 plum, quem Sidonii peculiariter colebant. *Sabellius libro 1. Ennead. 2.*
 JORAM Judæorum rex Athaliam Achab Israhæitarum regis
 filiam in uxorem habebat, à qua ad idololatriam inductus
 fuit. 4. Reg. 8. & 2. Paralip. 21.
 Opulentia.
 PERRUS CANDIANUS Venetorum dux, Uvaldertam Gui-
 donis Ravennarum principis filiam uxorem duxit: servis, an-
 cillis, prædiis, pretiosaque suppellectile instructam. Fortis
 igitur, & nova affinitate auctus manifestam tyrannidem cepit
 exercere in cives, & exteros. Sed qui armis vinci non poterat,
 igni in Ducarium injecto expugnatus, & cum filio parvulo fu-
 giens: trucidatus est. *Sab. lib. 3. Dec. 1.*
 Forme.
 Ut Patidem Homerus virum formosæ Helenæ, *ὄμοιο πῆσον*
ὄμοιο nulla præterea commendabilem re celebrans, ab uxore
 crebro nominat: ita nobilitatus in urbe ex nuptiis fuit M.
 Otho Poppeæ, quam Nero nuptam Crispino (Rufum Crispum
 nominat Tacitus) admabat: sed pudore adhuc uxoris, & matris
 metu, Othonem ad Poppeam sollicitandam submissit. Ad ubi
 Poppeæ stuprum delibavit Neroni, illius proposita spe corru-
 ptam induxit, ut viro diverteret. Postquam vero ad ipsum
 ut justa materfamilias venit, non satis habuit, quod in commu-
 nicationem

nicationem veniret ejus, verum iniquo animo illum tulit riva-
 A lem. Nec moleste patiebatur, ut ajunt, emulationem Pop-
 peæ. Etenim exulisset, Othone non presente, Nerone demititur,
 vel facieratem detrahens libidinis, vel ut ferunt nonnulli, Cæ-
 sariis nuptiis gravata: cum ut eò ob lasciviam non defugeret
 amatore. Unde in mortis periculum venit Otho. Mirum autem
 non fuit, cum uxorem, eandemque foretorem, ob Poppeæ
 nuptias necasset, peresset cum Othoni. Cæterum utebatur fa-
 miliariter Seneca, cujus suavis, & monitu missus est à Casare
 prætor in Lusitaniam ad Oceanum. *Plut. in Galba.*
 Dignitatis.
 SEVERUS Imp. cum Prolo genero suo præfecturam urbis ob-
 tulisset, ille recusavit: dixitque, minus sibi videri præfectum esse,
 quam Principis generum. *Cusp.*
 CATHARINA Caroli VI. Gallorum regis F. Henrici V. An-
 glorum regis uxor, Henrici VI. Mater, mortuo viro, cum id
 ætatis puella esset, ut minus sciret animo discernere, quid deere-
 ret, occultè nuptiis cuidam Ovino Tyderio, homini V. Vallo, no-
 bili genero, ac multis virtutibus mirabili, qui genus suum ad
 Cadovallardum ultimum Britannorum regem referebat: ex
 B quod genuit tres filios maris: Edmundum, Galparem, & Eter-
 num, Monachum Benedictinum. Post Catharinæ mortem,
 justu ducis Glocestrensis, bis in carcerem conjectus est, quod
 aulis fuisset per Catharinæ puellæ conubium miscere sanguinem
 fenum cum regum stirpe nobilissima: & ad ultimum securi
 percussus. *Polyd. lib. 13.*
 MORTIS MARITI, VIDUI FACTI.
 Viduitas ipsa nunc, ut boni privati, nunc ut amicitiæ conju-
 galis sublatio penditur. Eaque propter ad Pauperatis, &
 Amicitia locos, alio, quam hic, respectu referri potest.
 Flamen Diali apud Romanos defuncta uxore, Sacerdotium,
 ut auctor est *Titus*, ejus abbat: quia eo, qui non duxit uxorem, il-
 le qui duxit, inde conjugem amittit, est infelicio. Quippe
 est domus ejus, qui uxorem duxit, integra: ejus vero, qui
 duxit, postquam perdidit, non solum non integra, sed & mu-
 lta. Vel, quia consecratur simul cum viro uxore, Nam complura
 genera non licet, nisi præsentem maritum, obire. Junge
 autem sibi exemplò amissa priore alteram, neque forsitan
 integrum est, neque aliquo humanum. *Plutarch. in q. Rom.*
 DE UXORUM FORTITUDINE,
 AMORE, FIDELITATE,
 Ac vitis carundem.
 Videantur Loca eorumdem verborum, ac vitiorum, ubi
 multa de illo Argumento sunt dicuntur.
 Item ex loco de Muliere, multa ad præsentem
 Tractatum referri poterunt.
 * DE UXORE DUCENDA.
 An, qualis, & quo tempore uxor ducenda sit, in utramque
 partem à nobis disputatur sub finem loci de Matrimonio, qui-
 bus addi poterunt, quæ hic subiiciuntur, Apophthegmata.
 CLEOBULUS æqualem uxorem ducendam esse suadebat.
 Si enim ex superiori familia duxeris, inquit, non affines tibi, sed
 dominos comparabis. *Stob. serm. de Temper. Idem, præterea*
 dixit, filias viris elocandas esse ætate virgines, sed prudentia
 matronas. *Idem, serm. 68.*
 ANTISTHENES, Adolecenti, consulenti, Cujusmodi uxore
 ducere expediret? Si formosam duxeris, inquit, habebis
 communem: si deformem, habebis penam. Jucundius id
 esset apud Græcos, quibus; quod ad voces attinet, mini-
 mum interest, interest *αὐτῷ & τοῦτο*: quod ad rem attinet,
 D plurimum. Studebat itaque, media, stataque (ut vocant) forma
 ducendam, que nec fastidium viri moveret, ut deformitatem,
 nec ob insignem formam periret, ut adulteris. *Aulus Gell. lib. 5. cap. 11.* hoc diem Bianci tribuit. *Enest. autem lib. 4. Bioni.*
 Max. vero serm. 29. Soloni. Cæterum Pittaco etiam attributum
 à *Stob. 29.* paulò jam supra recitatum.
 DEMOCRITUS interrogatus, cur homo proceræ stature tam
 parvam duxisset uxorem? Ego, inquit, in malo eligendo, quod
 minimum erat elegi. *Ant. p. 2. ser. 34. Meliss. Idem dicebat,*
 eum, qui bonum generum nactus sit, invenisse filium: qui vero
 malum, simul & filium perdidisse. *Stob. serm. 69.*
 CATO, uxorem duxit nobiliorem, quam locupletiore: ita
 censens, cum utraque non nihil habeat gravitatis, atque spiri-
 tum, tamen nobles turpitudinis verecundia maritis ad hono-
 ras res libentius obsequi. *Plut. in Cat. Major.*
 AUREOLUS Philo sophus rogatus, pauperem, aut dives uxore
 ducenda esset? pauperem, ait, alere difficile est: divitem
 vero ferre, tormentum. *Erasm. lib. 7. c. 22.*
 PRITACUS interrogat quendam, quamobrem uxorem du-
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

ere nollet? cui eum respondisset: Quoniam si formosam dux-
 xero, habiturus sum communem: si deformem, penam. Haud-
 quaquam dixit: sed si pulchram duxeris, non erit tibi pena: si
 deformem, non habebis communem. *Stob. ser. 65.* Idem sciscitatus
 à quodam, qualem uxorem ducere deberet? respondit:
 Æqualem tibi ducito. Ipse enim, cum ducere ducere cupulenti-
 orem, habebat etiam morosam, & imperiosam. *Laert. l. 1.*
 PERICLES duobus filiis ejus ambientibus, quorum alter dives,
 ac impericus erat, alter vero pauper, & studiosus, elocavit
 pauperi: inquam, illum qui dives fieri possit, meliorem esse,
 quam qui jam sit. *Stob. ser. 68.*
 OLYMPIAS, cum accepisset adolescentem quendam aulicum
 duxisset uxorem elegantem quidem forma, sed famam parum fecun-
 da: Ille, inquit, non sapit, qui uxorem oculis, non etiam auribus
 duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur.
 Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, so-
 lam spectantes dotem. *Erasm. 5. Apol.*
 AURELIA, Joviani Pontani filia natu major, amissò Paulo
 Marito, cum à Patre ad secundas nuptias hortaretur: Quin-
 tu, inquit, pater secundas non misit? (erat enim is etiam vi-
 dus) Quia respondit, nullam matris tuæ similem me reperit-
 rum confido, Eadem cura (respondit illa) me quoque vestit
 pater quod mihi placitum Paulo acquiri similem sperem neminem.
Arrian. Barland.
 MENEDEMUS Cuidam sciscitanti, num sapienti ducenda esset
 uxor? Num, inquit, videtur tibi sapiens? Cui cum audivisset:
 Ego, inquit, uxorem duxi. Super vacuum erat de eo
 dubitare, quod videret factum ab eo, quem judicabat sapien-
 tem. *Laert. lib. 2.*
 EPAMINONDAS, cum in cælestibus viveret, à Pelopida repre-
 hensus est in hunc modum: Non curas tu quidem Kemp. qui
 nullos post te filios reliquisti, quorum manu patriæ salus ritè de-
 fendi possit. *Bruf. lib. 7. c. 22.*
 METELLUS dicere solebat, si sine uxoris postem esse omnes,
 nec ea molestia careremus, sed quoniam ita natura tradit, ut nec
 cum his satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit, salu-
 ti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum est.
Bruf. lib. 7. c. 22. ex Gell. lib. 1. c. 6.
 M. CATO majori laude dignum cum censebat, qui bonum
 se gereret maritum, quam qui in ordine Senatorio magnus esset.
Bruf. lib. 7. c. 77.
 SOCRATES rogatus ab adolescente quodam, utrum melius G
 censeret uxorem ducere, an non ducere? Utcumque (in-
 quit) feceris, poenitebit, indicans & cælibatum, & conjugium
 habere suas molestias, ad quas perferendas esse preparandus
 animus. Cælibatum comitatur solitudo, orbis, generis in-
 certus, heres alienus: matrimonium perpetua sollicitudo,
 juges querelæ, dotis exprobratio, affinium grave supercilium,
 garula foetus, lingua, subsessor alteri matrimonio, incertus
 liberorum eventus, aliaque innumera incommoda: Proinde
 non hic est electio, qualis est inter bonum, & malum: sed
 qualis inter leviora, & graviora incommoda. *Laert. lib. 2. Var.*
Max. lib. 7. c. 2.
 Idem quibusdam eum consulentibus de ratione matrimonii
 contrahendi dixit: Quemadmodum pisces, & adolecentuli,
 qui nondum intra nassas sunt, volunt intrare: qui autem jam in-
 tus sunt, volunt exire: sic vos, ne idem vobis accidat, vide-
 H te. *Aut. in Meliss. p. 2. serm. 34.*
 PLATO, interroganti cuidam, an uxore ducta philosophari
 deberet? Cui necias, respondit, te solum servare, an uxorem
 quoque super humeris te servaturum speras. *Stob. ser. 66.*
 Idem, interroganti, quando ducenda esset uxor? Juveni
 inquit, nondum, seni nunquam. Græcè jucundius, *ὕδρατος*,
 ὑδρατος: subindicans, prolixè abstinentium à matrimo-
 nio. At percontator ille dicere cupiebat, quo ætatis anno, aut
 qua anni parte expediret ad sciscitandum conjugem, quem admodum
 Aristoteles præscripsit puellæ decimum octavum, viri trige-
 simum quintum: & Romani Aprilis, & Junium existima-
 bant auspiciam nuptiis, Majum inauspicatum. *Laert. l. 6. & Bruf. lib. 17. c. 22.*
 PYTHAGORAS rogatus, ob quam causam dedisset filiam in-
 mico nuptum? Quia, inquit, nihil ei dare poteram: deterius.
Ant. serm. 34. p. 2. Meliss.
 PHILOXENUS, cum quidam cum percontaretur, cur Sopho-
 cles bonas introducere foeminas, ipse autem malas? Quia, in-
 quit, quales oportet esse foeminas: Sophocles dicit, ego vero
 quales sint. *Ant. serm. 34. p. 2. Meliss.*
 SOLON, cum ad Thaletem Miletium venisset, admiratus
 dicitur, quod nuptias, filiorumque procreationem contemp-
 sisset. Thaletem vero tacuisse. Interfectis autem diebus aliquot
 Yyy peregrin-

peregrinum subornasse, qui decimo post discessum die Athenis venisse fateretur. Hic rogatus à Solone, nunquid novi Athenis esset? edoctus ille à Thalcete: Nihil aliud, inquit, præterquam quod adolescens eujusdam efferebatur funus, civitate omni sublequente, quod ejus pater virtute, & admiratione inter cives primas obtineret, quem tum abesse dixissent. O illum miserum! Solon ait. Scilicetanti verò de nomine, respondit, excidisse memoria: sed ob justitiam illius, in omnium ore verfatum. His Solon in metum conjectus est. Postremo nomen peregrino subiecit, ab eoque contendit. Num illi Solon nomen esset? Annuente homine: Solon caput cadere cecidit, filiam suam obiisse, ratus. Tum Thales ridens ait: Hæc me Solon à nuptiis, & procreandis liberis dehortantur, quæ te hominem fortissimum infringunt, & tum rem factam esse ostendit. *Plut. in Solone.*

PHORONEUS Legumlator moriens fratri dixisse fertur: ad summam felicitatem nihil mihi defuisset, si uxor defuisset. *Brut. lib. 7. c. 22.*
CICERO rogatus ab Hirtio, ut post Terentia repudium sororem ejus duceret, negavit, dicens: Non posse se uxori, & philobos sophia simul dare operam. *Idem ibid. Hicron. ad Jovin.*
MARIANDUS Socinus, cum minus solito literis operam daret, ob id reprehensus à quodam respondit: Ideo minus libros jam evolvo, quia uxorem duxi. Rursus interpellatus, Cur socratres uxoratus non itidem philosophia studia neglexisset? Xantippe (ait) morosa fuit, & deformis: mea autem uxor proba est, & forma decenti. *En. Sylva de reb. gest. Sigismundi, & Friderici III. Imp. & l. 3. de reb. gest. Alphonsi.*

Uxor. DELECTUS.

CERTUS.
Habitus ab illis, qui eas accipiunt, aut ducunt. Esse Indici tractus urbem Taxilem ex *Strab. lib. 15. & Stephanano*, ceteris ferè notissimum. Inibi ergo fortunæ tenuioris homines, inopia premente, filias habentes illocabiles, ut quod possint, foras tamen obtrudant, ætate florem argenteam, productas in foro statuunt, incinentibus tubis, clausisq; quibus aliàs cani bellicum moris est. Affluente passim multitudine, adentis propius puella corporis posticæ revelat, ingeritque mox, & antica. Si hæc ratione non displicuerit, nubit. Traditur & illud: Functos fato vulturibus objectari: sed & uxores in multorum venire participatum. *Cæll. 10. c. 13. A. L.*

DEMAGETUS Rhodius, Jalyfii rex, cum Pythiam interrogasset: unde esset potissimum uxor ducenda? respondit: Ejus, qui vir esset Græcorum optimus, filiam duceret. Aristomenisigitur Messenii filiam, natu minimam adiecit, patrem longè esse optimum Græcorum ejus ætatis omnium statuens. *Paus. in Messeniis.*

THEOPHILUS Imp. uxorem ducturus, multas formosas puellas undecunque accessit: inter quas & casta virgo, tum forma præstantior cæteris, tum erudita, tum genere illustri nata. Dum igitur eas spectans circumit, aureum pomum manu tenens, quod ei, quæ placuisset, conjugi pignus daret: cum ad Icafam venisset, pulchritudinem admiratus: A muliere, inquit, emanarunt mala: cui illa placide, & cum honesto rubore foverit. *D. ter. respondit: Sed & res meliores è muliere exuberant. At ille virginis oratione velut antonitus, ea præterita, malum aureum Paphlagonia Theodora dedit. Icafa repulsa dolore Monachalem vestem induit, & habitui huic nomen dedit, quod usque hodie permanet: disciplinis dedita libros conscripsit, qui adhuc usque tempora durare feruntur. *Cusp. in Zonaras.**

Virilis Fortuna: Templum extra urbem ad Tiberis ripam ab Anco Martio rege ædificatum, in quod mulieres, quæ dabantur nuptiis, frequentes ventitabant, & corpore invelato singula membra, ne quo morbo, vitioque affecta forent, aut labe aliqua tenerentur, detegebant. *Alexand. lib. 1. capite 13.*

DELECTUS HABITUS AB ALIIS.
Apud Sunitas quotannis & adolescententes, & virgines publicè judicantur: & qui optimus esse judicatus fuerit, virginem, quam voluerit, ducit: deinde post eum secundus, & sic deinceps. *Nicol. de Morib. gent. & Stob. serm. 42.*
Veterem Samnitium morem fuisse tradunt, ut decem quo-

tannis virgines, forma, & virtute eximia, ex omni virginum numero legerentur, quæ totidem optimis adolescentibus matrimonio locarentur: nec in affinitate jungenda cuiusquam rei præterquam virtutis ratio habita, ut optima optimo locarentur: ea lege, quod si quis vitæ institutum in pejus mutasset, publicè connubio privaretur, qua ignominia nulla esse poterat gravior: *Ex Strab. lib. 5. Sab. 1. 3. En. 4.*

Apud Assyrios Triumviri, integritate conspicui, & nobilitate præstantes, jam maturas viris puellas productas, palam, convocata per præconem multitudine, locare se eas velle pronunciant, remque peragunt, ut quæque dignitate præcellit, ita eloquentes principio loco. *Cæll. 1. c. 34. A. L.*

POLYNICES, ab Eteocle fratre pulsus, in Adrastriditionem Argos profugit. Cum nocte appulisset, & forte Tydeum Cenei esset nactus, qui ob eadem Alcahoi, & Lycethei nepotum perpetratam è Calydone profugerat, eum eodem prælium conferuit: inter quos clamore, tumultuque coorto, intervenit Adrastrus, & pugnantem dicit. Atque ibi simul recordatus oraculi cuiusdam, quo monitus fuerat, ut apro, & leoni filias suas in matrimonium collocaret, utrumque sibi generum afcivit: habebant enim in clypeis alter apri, alter leonis figuram) pollicitusque est, se utrumque restitutum in patriam. *Diod. lib. 4. c. 6. Eusebius lib. 1. d. Polynici quidem leonis exuvio induto Argem, Tydeo verò Diomedis patri, apri pellem gestanti, Deiphylum uxorem datam asserit.*

DELECTUS NULLUS. OCCURSUS UXORUM FORTUITUS.

DAPSOILIBES congregati omnes uno die uxores unâ ducunt post Vergiliarum occasum. Nam post epulas mulieribus scorsim discumbentibus, extincta lucerna, viri ad ipsas ingredituntur: & quilibet, quæcunque contigerit, ducit. *Stobæus serm. 43. ex Nicolai de Gentium moribus historia.*

Lacedæmoniorum consuetudo inaudita licentia: Liberi adolescententes, cum totidem virginibus in perobscuro inclusi loco, quam quisque nactus esset eam in matrimonium, atque indotatam quidem, sibi adducebat domum, quod vel consilium, vel fortunam nemini vel culpæ, vel mutare licitum fuit: nullus enim peccitientia locus relinquebatur. Quamobrem Lyandro multam dixerunt Ephori, propterea quod cum ea, quæ obtigerat, divortium faceret, ut haberet pulchriorem. *Ex Athen. lib. 13. c. 1. Scaliger l. 3. Poet. c. 100.*

Refert Zuingerus in tit. de Nuptiis, posteriora exempla, fuisse Basilææ quendam Apostatam nomine Petrum Kestlerium, Presbyterum, qui impulsu Afmodi ad improbam vite licentiam cum aliis nonnullis deflexerat, & Lutheranorum se signis supposuerat. Hic eum de sacris illegis nuptiis inveniendis cogitaret, manè quodam egressus, cum animo suo fluctuaret, ut quæcunque primum sibi obviam haberet, volentem, & in conjugium consentientem, eam matrimoniali nexu sibi copularet. Et ecce pannoſam quandam stipem postulantem reperit. Inſtigatus à spiritu illo nequam, camille non satis domita illecebris cedens, eam de conjugio compellat, ac serio in domum suam deducit, & in concubinam recipit. Dicit mirum, ait Zuingerus, quæ ea inhumaniter, & superbe illum tractaverit. Quin potius nihil hic admiratione dignum: utpote Deo, cui is fidem in SS. Ordinum susceptione liberè, nulloque compellente de castitate servanda præstitam fefellerat; perſidiam illam merito vindicant. Longo certè rerum usu innotuit, impuras illas Sacerdotum, & Monachorum apostatantium nuptias, semper infelices, & difficultatum plenas esse, ut non male quæ dixerit, istiusmodi sacrilegos etiam in hac vita velut suppliciorum infernalium quibus immergendi, ni respiciant, præludia, ea concubinatum improbitate, ut nihil dicamus de frequenti conscientie remorsu; perſentiscere.

Pleraque de uxoris ætate, opibus, patria, natalibus, conditione, petantur ex *Loco de Nuptiis. Sum enim hæc volut quædam præambula Nuptiarum, & ad ritus earum pertinent.*
Nonnulla etiam horum diſta sunt in *Loco de Matrimonio.*

FINIS LITTERÆ V.

THEATRUM VITÆ HUMANÆ,

AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK,
ARCHIPRESBYTERO ANTUERPIENSI,

Litteræ. X. Y. Z.

X.

* Asterisci T unis sive generalibus, sive secundariis, rebusve sub iisdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt Indices.

DE LITTERA X.

Ejusque Symbolis, & Mytheris.

SANCTUS ISIDORUS Litteram hanc commendat primum, quod ipsa sui figura exprimat crucem, quam vocant Decussatam, à Latina dictione Decussis, quæ decem significat; & Decussio, quod est in duas partes æquales feco. De qua *Plin. lib. 81. cap. 34.*

Ducantur duæ alia lineæ in decussis obliquæ, ita ut à Septentrionis dextra, lavaque, ad Austrum dextram, lavaque descendant, & omnes curvant per eundem umbilicum.

Areque in hunc modum observatur Jacob benedicens filiis Joseph, manus conformasse, dum dexteram imponeret capiti Ephraim secundo loco geniti, & conſtituit ad finistram ipsius latus. Hinc *Hieron. in c. 31. Jerem. ait: Sed in mysterio Crucis, decussatis manibus, qui habet ad finistram Jacob, dextra manus suscepit benedictionem.*

Hæc crux quoque Andreas appellatur, quod S. Andreas in simili fuisse crucifixus legatur, quamquam alij eum in arbore olive extensum corpore erecto asserant. Sed debet præponderare traditio vulgaris de cruce decussata, quæ etiam passim locum fecit & Pistoribus, ut tali cruci affixum S. Andreas exprimat: & Illustriss. Domini Burgundicæ, quæ pro insigni jam olim Crucem hæc figura usurpat, ac sub illius nomine Aurei velleris ordinem instituit. Unde nunc vulgo Crux Burgundicæ, ad aliarum distinctionem appellatur. Extantque veteres nummi sive floreni Andreani auri, crucifixi S. Andree imaginem ita referentes.

Alterum est, quod hujus Litteræ figura denarius numerus repræsentetur, quippe ex duobus quinaris simul junctis conformatur. Si enim per medium eam feces, duplex V. reperies. Quocirca non nisi solidis innixi rationibus veteres hæc duas figuras conjunctis denarium expresserunt, nam omnes numeri, è quibus denarius constat, in unam summam collecti, etiam ultra in duos quinarios derivantur, ut hoc schemate, quod lateri apponimus, doceatur.

Mytheria vera, & symbola hujus Litteræ & numeri, non exigue sunt considerationis. Nam in ordine Alphabeti nostri vigesima prima Littera est; significatione verò est denarius. Quocirca Dei unitatem in essentia, & Trinitatem in personis nobis mysticè demonstrat. Numerus enim vigesimus primus in seipsum collectus, nihil aliud est quam ternarius. Etenim si duæ hæc figuræ 2. & 1. qui-
L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

bus numerus iste componitur, in summam unam colligantur, in tres rediguntur; denarius autem in unitatem redit. Quamobrem Plato censuit, denarium numerum ea possimum ratione perfectum esse, quod ab unitate suum sumens exordium, tot simplicibus, coæcervatque monadibus constituitur, donec decade completa, in ipsam demuo, à quo processit, refluxat unitatem.

Porrò Littera X. nihil est aliud quàm quatuor lineæ, quæ à centro, sive à puncto uno egressæ, in quatuor partes extenduntur: vel quatuor lineæ sunt, quæ ex quatuor diversis partibus exeuntes, in centrum unum ductæ, invicem connectuntur. Quæ in re duo planè altissima revelantur mysteria. Quorum primum illud est, Veteres non sine divino afflatu hæc quatuor lineis denarium numerum significare voluisse; & quandoquidem id, quod denarius est actus, idem & quaternarius est potentia: quaternario enim denarius virtualiter, & essentialiter continetur. Quoniam si omnes numeros, qui quaternario continentur, sigillatim, atque simul computaverimus, inveniemus profecto illos conficere denarium. Qui numerus immensitatis omnium numerorum perfectio, ac terminus est: circa quem omnes per gyrum vertuntur, atque terminantur numeri. Quapropter optima ratione ducti Græci Philosophi quaternarium *τετρακτακτον*, id est, perfectientem dixerunt.

Secundum verò, atque altius mysterium illud est, quod quemadmodum denarium ab unitate fluens, in eandem unitatem refluxit, atque ut quatuor ista lineæ à quatuor diversis partibus deductæ, in unum centrum coeunt, sic per hanc mysteria referentissimam figuram X. nobis innui videtur, Christum Dominum nostrum per sanctæ Crucis suæ instrumentum, ad sui gregis unitatem reduci fuisse gentes, quæ velut errantia pecora per quatuor mundi partes in erroribus peccatorum, ac diaboli captivitate longius aberrantes, miserabiliter vagabantur.

* Xenium.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA, ET USUS.

Xenium *ἔξενον* Græcè, est munus hospitalitatis. *Martialis* autem lib. 11. versus quosdam hoc nomine appellat, quos Hæc licet hospitibus pro numero disticha mittat, Si tibi tam rarus, quàm mihi nummus erit. Xenia enim proprie munera sunt, quæ ultrò, citroque mittuntur, & vocat *Saturnalia Tertulian.* Aphophoreta alij, & Sigillaria.